



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XVI. Parabolæ. Benidictio parvulorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

EPITOME  
ME VI-  
TAE  
CHRISTI  
ANN.  
XXXIII.

Maria  
prefer-  
tur.

4.  
Luc. 13.  
Mulierē  
contractā  
sanat  
Christus.

Judaei  
i-  
serum ca-  
lumniā  
obiciunt  
de Sabba-  
to.

5.  
Luc. 14.

non est tibi curae, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea.

Erat autem Iesus docens in Synagoga, Sabbatis. Et ecce mulier, quae habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocavit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem Archisynagogus, indignans quia Sabbato curasset Iesus. Dicebat turbae: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die Sabbati. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritae, unusquisque vestrum Sabbato non solvit bovem suum aut asinum à praeseptio, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abraham, quam alligavit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die Sabbati? Et cum haec diceret, erubescabant omnes adversarii eius: & omnis populus gaudebat in univertis quae gloriosè fiebant ab eo.

Et factum est, cum intraret Iesus in domum cuiusdam princi-

pis Pharisaeorum Sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erant ante illum. Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & Pharisaeos, dicens: Siliet Sabbato curare? At illi tacerunt. Ipsi verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cujus vestrum atinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbati? Et non poterant ad haec respondere illi. Dicebat autem & ad Invitados parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te lit invitatus ab illo; & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere: sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Hydropi-  
cum sa-  
nat in  
Sabbato.

Probat il-  
licite fi-  
ri, ex ip-  
si iudeo-  
rum sen-  
tu.

Parabola  
de invita-  
tione, &  
locum al-  
torem am-  
bientium.

## CAPUT XVI.

Parabola. Bened. Etio parvulorum.

1. Iesu proponit parabolam de ove & drachma perditis.
2. De filio prodigo.
3. Loquitur item de divite epulone, & de Lazaro mendico.
4. Et de Phariseo atque Publicano.
5. Manus etiā parvulus impanens benedicit eum.

ERANT



CRISTO-  
MA VI-  
TAE  
CHRISTY  
ANN.  
XXXII.  
LUC. 15.

Jesus con-  
vionatur  
peccato-  
ribus per  
parabo-  
las.  
Parabola  
de ove  
perdita  
& in hu-  
meru pa-  
stori re-  
pugn.

Parabola  
de drach-  
ma per-  
dita &  
reperita.

2.  
Parabola  
de filio  
prodigo.

**E**RANT autem appropinquan-  
tes ei Publicani & peccato-  
res, ut audirent illum. Et mur-  
murabant Pharisei & Scribae,  
dicentes: Quia hic peccatores re-  
cipit, & manducat cum illis. Et  
ait ad illos parabolam istam, di-  
cens: Quis ex vobis homo qui  
habet centum oves: & si perdidit  
unam ex illis, nonne dimittit  
nonaginta novem in deserto, &  
vadit ad illam quae perierat, do-  
nec inveniat eam? Et cum inve-  
nerit eam, imponit in humeros  
suos gaudens: & veniens domum  
convocat amicos & vicinos, di-  
cens illis: Congratulamini mihi,  
quia inveni ovem meam quae per-  
ierat. Dico vobis, quod ita gau-  
dium erit in caelo super uno pec-  
catore poenitentiam agente, qua  
super nonaginta novem justis,  
qui non indigent poenitentia.  
Aut quae mulier habens drach-  
mas decem, si perdiderit drach-  
mam unam, nonne accendit lu-  
cernam, & everrit domum, &  
quaerit diligenter, donec inveniat  
eam? Et cum invenerit, convo-  
cat amicas & vicinas, dicens: Co-  
gratulamini mihi, quia inveni  
drachmam quam perdideram? Ita  
dico vobis, gaudium erit coram  
Angelis Dei super uno peccatore  
poenitentiam agente. Ait autem:  
Homo quidam habuit duos fi-  
lios: & dixit adolescentior ex il-  
lis patri: Pater, da mihi portio-  
nem substantiae quae me contin-  
git. Et divisit illis substantiam.  
Et post non multos dies, congre-

gatis omnibus, adolescentior fi-  
lius peregre profectus est in regio-  
nem longinquam, & ibi dissipavit  
substantiam suam vivendo  
luxuriose. Et postquam omnia  
consummasset, facta est fames va-  
lida in regione illa, & ipse coepit  
egere. Et abiit, & adhaesit uni ci-  
vium regionis illius. Et misit il-  
lum in villam suam, ut pasceret  
porcos. Et cupiebat implere ven-  
trem suum de siliquis, quas porci  
manducabant: & nemo illi da-  
bat. In se autem reversus, dixit:  
Quanti mercenarii in domo pa-  
tris mei abundant panibus, ego  
autem hic fame pereor! Surgam,  
& ibo ad patrem meum, & dicam  
ei: Pater, peccavi in caelum, & co-  
ram te: jam non sum dignus vo-  
cari filius tuus; fac me sicut unum  
de mercenariis tuis. Et surgens  
venit ad patrem suum. Cum au-  
tem adhuc longe esset, vidit il-  
lum pater ipsius, & misericordia  
motus est, & accurrens cecidit su-  
per collum ejus, & osculatus est  
eum. Dixitque ei filius: Pater,  
peccavi in caelum, & coram te:  
jam non sum dignus vocari filius  
tuus. Dixit autem pater ad ser-  
vos suos: Citò, proferte stolam  
primam, & induite illum, & date  
annulum in manum ejus, & cal-  
ceamenta in pedes ejus; & addu-  
cite vitulum saginatum, & occi-  
dite, & manducemus, & epule-  
mur: quia hic filius meus mor-  
tuus erat, & revixit; perierat,  
& inventus est.

Et ait Jesus: Homo quidam e-

Reverto  
proficis-  
citur.

Dissipa-  
vit in bonis  
pascis  
porcos.

Propensio  
redire ad  
patrem.

A quo  
misericor-  
diter suff-  
cipitur.

Proficit  
& convia-  
tio solen-  
ni ex-  
hilata  
tura.



EPITO-  
DE VI-  
TAB  
CHRISTI  
ANN.  
XXXIII.

3.  
Luc. 16.  
Historia  
divitiu  
epulonū,  
& Laza-  
ri mendi-  
ci.

Mendi-  
ci in si-  
nu Abra-  
he, dives  
in infer-  
no.

Nullum  
refrige-  
rium in  
inferno.

rat dives, qui induebatur purpurā & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingeabant ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahamæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus: & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris: & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi:

Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascenderunt in templū ut orarent: unus Phariseus, & alter Publicanus. Phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Iejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum levare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suā ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

4.  
Luc. 11.  
Parabola  
Pharisæi  
arrogan-  
ti, & hu-  
milu Pub-  
licani.

Oratio  
superbi.

Oratio  
humili-  
ti.

Judicium  
Christi.

5.  
Marc. 11.  
Parvuli  
benedic-  
tione  
manu  
imponen-  
tium  
nocentis  
in exem-  
plum pro-  
ponit.